# Miscellen.

## Handſchriftliches.

### Oedipus Tyrannus post Elmsleium denuo collata cum codice Laurentiano primo.

Codex Sophoclis optimus a Mediceis olim emptus Florentiae servatur in bibliotheca Laurentiana. Plutei tricesimi secundi codex nonus est. De quo Blandinius in cat. eius bibliothecae vol. II. p. 134: 'Codex graecus membranaceus in 4 maiori, saeculi decimi, vere insignis.' Constat foliis 264. Hoc Victorium in poëtis tragicis recensendis usum esse, hinc Apollonii Rhodii editionem principem Florentinam fluxisse idem Blandinius ex Holstenii schedis refert. Continet enim codex Sophoclem, Aeschylum, Apollonium Rhodium integros cum scholiis vetustis margini adscriptis et glossis interlinearibus. Ab editoribus Aeschyli et Apollonii Mediceus, ab editoribus Sophoclis post Petrum Elmsleium, qui anno 1820 contulit ac scholia, male inde in editionem Romanam a. 1518 descripta, iterum accuratius descripsit, Laurentianus primus nominatur. In fine tragg. Soph. m. rec. ordinem tragoediarum ita indicat, ut Bandinius expressit: *Περιέχει ἡ βίβλος τοῦ Σοφοκλέους δράματα ζ'. Πρῶτον μὲν Αἴαν μαστιγοφόρον. φύλλα ιϛ'. στίχους αμδ'. Δεύτερον Ἠλέκτραν ἐπιβουλευομένην*

*κατὰ τῆς μητρός. φύλ. ιϛ΄. στίχους ͵αμ΄. Τρίτον Οἰδίπουν Τύραννον. φύλ. ιϛ΄. στίχ. ͵αξ΄. Τέταρτον Ἀντιγόνην. φύλ. ιδ΄. στίχ. ͵αρμζ΄. Πέμπτον Τραχινίας. φύλ. ιδ΄. στίχ. ασκ΄. Ἕκτον Φιλοκτήτην. φύλ. ιϛ΄. στίχ. ͵ανε΄. Ἕβδομον Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ. φύλ. κ΄. στίχ. ͵αχλ΄.* (Fol. 17 El. 33. b. Oed. Tyr. 50 Antig. 65 Trach. 80 Phil. 97 Oed. Col.) Ante aut post singulas tragoedias argumenta, excepta Aiace.

Manus in codice repperisse mihi videor quattuor, quarum una antiqua est saeculi decimi, quae poëtae verba scripsit et scholiorum partem multo maiorem. Huius litterae aliquot maiuscularum fere praebent formam, velut *Β* pro *β*, *Γ* (sed etiam *ɣ*) pro *γ*, *Δ* (et *δ*), Ɛ (sed etiam *ε*), *Η*, *Θ* pro *ϑ*, *Κ* (*ϰ*), *Λ*, *Ν*, *C* (et *σ* et *ς*), aliae. Compendia pauca sunt, plura in scholiis quam in versibus. Spiritus aut curvi, ut apud nos, aut angulo recto.

Saepissime litteris falso coniunctis diremtisve mira prodit vocabula. Bandinius quod de Apollonio ait ad Soph. et Aesch. quoque quadrat: ‘quod ad textum poëtae, diligenter ille quidem emendateque conscriptus est, accentibus ac spiritibus exceptis, qui aliquando, ut in scriptura saec. X. fieri adsolet, omittuntur: iota, quos vocant subscriptos, adscriptos potius dicere possumus... ex. gr. *τῆισιν*, *τιμῆι*, quod magnae antiquitatis certissimum est signum.’ Sed iota sbcr. saepe plane omittitur, plerumque etiam spir. lenis post apostrophum. Nusquam iota sub infinitivorum terminationibus aut in crasi vocis *καί*: sed semper *σώιζειν*. Semper *ὤνηρ* ex *ὦ ἀνήρ*, ubi semper m. recentior *ὦ ' νηρ* restituit. Plerumque *ἄρα* pro *ἆρα* etiam in interrogatione praebet, neque tam *τὶς* ut Aldus in interrogatione, sed *τίς*. Saepe part. aor. sec. pro *ών* in *ῶν* terminat.

Scholia scripsit in margine superiore et inferiore et ante versuum initia in exteriore et post versuum fines in interiore parvo quidem illo. Eadem manus etiam glossas interlineares scripsit non paucas. A margine exteriore usque ad membranarum quarumque finem extremum vacuum est spatium,

nisi quod codicis librarius ibi interdum vocabula quaedam locutionesve ex versu proximo repetiit, sive ut vocabula rara verborumque constructiones suum in usum notaret, sive quod illa in codice archetypo sequebantur, ubi singulis diebus scribere desierat, sive quod ibi librarius quum sua corrigeret constiterat. Sicubi sententia aliqua ad mores vitamve hominum pertinet, adscribit *ΓΝ* (*γνώμη*) aut *Ση* (*σημειωτέον*). Eadem manus prima errores suos ipsa haud raro correxit.

Praeter hanc igitur manum antiquam duae apparent saeculi fere decimi quarti exeuntis et atramento et litterarum forma inter se diversae. Hae multos calami lapsus a librario commissos emendant, accentus spiritusque ubi deerant addunt, quum scholia multa minoris pretii tum glossas interlineares partim ex scholiis antiquis excerptas adiiciunt. Scriptura utuntur minutiore, compendiis non paucis, iota subscripto in scholiis nunquam; quod antiqua manus corrigendi causa supra scripserat, id saepe in ipso textu reponunt, falsis primae manus litteris erasis. Quoties *σ* vocabulum claudit, *τ* alterum incipit, in *ϛ*, quod pro *στ*. manus prima scripserat, aut *τ* sequenti vocabulo praepingunt, aut *σ* apponunt voci priori. Harum manuum utra quodque scripserit, parvi videtur referre.

Vel his aliquanto recentior quarta est manus, quae apertos priorum errores emendavit et scholia pauca adiecit.

Iam Petrus Elmsleius, qui a. huius saeculi vicesimo editionem Aldinam cum hoc codice contulit et scholia descripsit quattuor manus non discrevit, ceteras autem fabulas diligentius tractavit quam Oedipum Regem, qua tragoedia olim a se edita conferendi videtur fecisse initium, quo nescio an factum sit ut in ea minore usus sit peritia. Scholia num recentioris essent manus quum alibi tum in Oed. Regis initio ne annotavit quidem, ibi tamen glossas recentiores assumpsit, quas postea omnino omisit. Sane quidem harum scriptura est ubi tam sit evanida, ut aliquoties dubitaverim, an membranarum potius sint maculae exiguae quam glossae. Accedit quod sin-

gulares saepe litterae explicandi gratia supra scriptae sunt, saepe etiam litterae, quae in textu leguntur, ad litteras supra scriptas sunt supplendae.

Hoc loco adieci quae Elmsl. in Oed. Regis versibus omiserat. Contuli cum ed. Aldina Florentiae anni huius saeculi quadragesimi octavi mensibus Iulio et Augusto. Quae supra dixi codicem sibi constantem secus atque ed. Aldinam praebere hic sciens omisi.

1) *νεα* sine accentu.
2) *ποϑ'* „ „ Tum *τὰς δέμοι.*
5) *δε* „ „
10) *τρόπωι.*
11) Pr. m. *στέῥξαντες* praebere recte Elmsl. indicat. M. rec. *ερ* mutavit in *ε.*
15) *ὁρᾶις — προσήιμεϑα.*
17) *γήραι.* Tum *συν* sine accentu.
18) *οἵ δε ηϊϑέων* m. pr. Post *δε* rasura est. Accentum gravem voci *δε*, spiritum litterae *η*, in rasura *τ'* adiecit m. rec.
22) *κ' αὐτὸς.*
24) *κ'ἀνακουφίσαι.*
25) *ἐν κάρποις* m. pr. In unum coniungit m. rec. (Falso Elmsl. *εὐκάρποις* in cod. esse ait.)
26) *ἀγελαις.* Accentum adi. m. rec. *βουνόμος.* Terminationem in *οις* mutat m. rec.
27) *ἒν δ'.*
31) M. pr. videtur *οὐχ* habuisse. M. rec. eraso *χ* in rasura *κ* scripsit (*οὐκ ἰσού μενόν σ'*).
32) *ἑζόμεϑ'.*
34) M. rec. *ξ* in rasura scripsit. M. pr. ut videtur *συναλλαγαῖς* habuerat.
39) *νομίζηϑ' ἦμιν.* M. rec. subscripsit iota, adi. spiritum lenem.
42) Erasis vocc. *ἡμῖν εὑρεῖν* m. rec. *εὑρεῖν ἡμὶν.*
43) Supra *του* m. rec. *που.*
49) M. pr. *δεῆς.* M. rec. eraso *ε* scripsit *ὲ τ* i. e. *δὲ τῆς* quod ceteri omnes.
50) M. pr. *στάντες εςορϑὸν.* Adi. *τ'* m. rec.
52) M. pr. *τόϑ'*, sed *ϑ'* eraso *τ'* m. rec.
55) „ „ *ξυνανδρᾶσιν.* Correxit m. rec.
56) *κ'οὐκ.*
62) Omissum *ἄλγος*, pro quo supra lin. scriptum *ὁ.*
64) *κ'αμὲ.*

72) τί. Tum m. rec. ad τήνδ' adi. ε, ad σα adi. ι, i. e. τήνδε ῥυσαίμην.
78) M. pr. οἵ δέτ'. M. rec. οἵ δε.
83) „ „ πανκάρπον. M. rec. ex ν transformavit γ.
86) M. pr. ἡμῖν. M. rec. circumflexum mutavit in gravem.
101) χειμαζον, supra ον script. ει, sine acc.
102) M. pr. τῇιδε. M. rec. ι in ν, circumflexum in acutum mutat.
103) M. pr. ἧμιν ὤναξ, unde m. rec. effecit ὦ'ναξ.
105) M. pr. ἐίσιδον. Ex ι effecit εἴ m. rec.
107) τινάς m. pr. Acc. erasus.
108) M. pr. οἵ δ'. Rec. corr. οἵδ'.
112) „ „ ἢ ἐν. M. rec. eraso ε spiritus et accentus locum commutavit.
118) θνηίσκουσι.
123) ῥωίμηι.
134) προ στοῦ θανόντος, eraso σ ante τοῦ.
135) ὥ τ' m. pr. Erasum σ ante τ' m. rec. adiecit litterae ὥ.
142) ὡ στάχιστα m. pr., sed rec. eraso σ scripsit ὡς τ.
145) ξύμμαχον.
147) ισιώμεθα.
151) τὰς — ἀγλαάς.
159) M. pr. πρωτάν σε (non πρώταν) Γρ (i. e. γράφεται) πρώταν γε.
179) ἐν δ'ἄλοχοι (Ald. ἐνδ').
182) M. pr. παιὼν (non παίων).
208) „ „ λύκι' ὄρεα. Ex ι effecit ει m. rec.
211) οἴνωπα.
215) θελης.
218) κ'ἀνακουφίσειν. M. rec. eraso ει scr. ι.
221) εχων (acc. et spiritum adi. m. rec.) τί.
223) πᾶσιν.
229) ἀσφαλησ. Rec. m. in marg. Γρ (γράφεται) ἀβλαβήσ. Hoc ceteri codd. *)
234) Pr. m. ἀπώσει, eadem manu suprascr. σηι. Utroque eraso η pro ει m. rec.
236) M. pr. τῶν, rec. correxit τὸν.
„ „ ὅ στις ἔστι, rec. corr. ὅ στίς ἐστι.
239) θύμασιν.
242) ἡμῖν.

*) Illud quidem dubitari potest an genuinum sit πείσεται γὰρ ἄλλο μὲν ἀστεργὲς οὐδέν, γῆς δ' ἄπεισιν ἀσφαλής. Nam Soph. Oed. Col. 1288 λέξαι τ' ἀκοῦσαί τ' ἀσφαλεῖ ξὺν ἐξόδῳ. Atqui idem de hominibus bis tantum, φρονεῖν γὰρ οἱ ταχεῖς οὐκ ἀσφαλεῖς Oed. Tyr. 617 et οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς . . . φῶτες ἀσφαλέστατοι Ai. 1251, ubi sunt homines firmi et quibus aliquis confidat.

243) ἐξεφηνεν. Accent. et ι sbscr. adi. m. rec.
244) οὖν. Spiritum lenem adi. m. rec.
245) τωι θανόντι.
246) δεδρακότα pro δεδρακότ'. M. pr. ει τετις. M. rec. acc. et spir. adi. ita: εἴ τέ τις.
252) M. pr. τὰ. Mutat in ταῦτα m. rec.
„ „ τελειν. Acc. adi. m. rec.
253) Elmsl.: 'Primam scripturam legere non potui'. Pro τῆςδε 'τε γῆς m. pr. τησδ' γῇ – – Itaque videtur τῆςδ' γῆς scripsisse, sed postea animadvertisse se ετε omisisse. Nihil igitur novi subest.
255) γαρ ἦν. Acc. super γαρ adi. m. rec.
257) M. pr. βασιλέως ὀλώλότος. M. rec. ut solebat ante ὀλ. adscripsit τ. *)
265) καπι.
271) παίδας.
274) ὅσοις τάδ' ἔστ' ἀρέσκουθ'... In La m. pr. εστ'. Ultima littera erasa, spiritus et acutus additus est m. rec. Sed ne primam quidem m. aliud praebuisse arbitror atque ἔστ'. Videtur enim corrector ἐς et τ' ἀρέσκ. dirimendum esse ratus τ ut solebat separatim scripsisse, sed intellecto errore priorem scripturam restituisse.
281) οὐδ' ἂν εἷς δύναιτ' ἀνήρ. M. pr. videtur δύναται habuisse.
285) τίς.
287) Pr. m. οὐ κεν αργως. Eadem m. ω eraso supra scripsit οι. Hoc quoque eraso m. rec. correxit ita, ut vulgatum est, οὐκ ἐν ἀργοῖς.
290) M. pr. παλαῖ'. Accentum correxit m. rec.
293) καγὼ.
294) ἀλλ' εἴ τι μὲν δὴ δείματός γ' ἔχει μέρος, . . . οὐ μενεῖ . . . ἀράς. Sic suo iure Triclinius correxit. Codd. omnes et Aldus τ' pro γ' praebent, etiam La (δείματος') quo Elmsl. dicens particulam omnino omitti fallitur.
297) οὐξελέγξων. Posterius ξ supra scr. m. pr., ων ibi adi. m. rec.
302) πόλιν μέν, εἰ καὶ μὴ βλέπεις, φρονεῖς δ'ὅμως οἵᾳ νόσῳ

*) Nullus igitur iam codex in versu ἀνδρός γ' ἀρίστου βασιλέως τ' ὀλωλότος sententiam tuetur Elmsleii, Gaisfordii, Lud. Stephani, Dindorfii, Wunderi, Neuei, Martini in progr. gymn. Posnan. a. 1832 editi p. 20, Schneidewini, τ' esse omittendum ut coniungatur ἀνδρὸς βασιλέως. Immo quamquam poterat hoc dici, tamen addi τ' praestat, siquidem duae afferuntur causae, quibus de Laii caede quaeri oportuerit, quod rex fuerit et vir bonus. Id quod iam G. Hermannus in ed. annotavit.

ξύνεστιν. La pr. βλέπης, non βλέπηις ut indicat Elmsl. — Tum οἷα νόσωι.

304) ὦναξ. Acutum in diphthongum mutavit m. rec.

305) M. pr. κλύης, non κλύηις ut ait Elmsl.

314) „ „ γὰρ ἐσμὲν. Prioris vocis gravem in acutum mutavit m. rec.

ων

315) M. pr. πόνος. Hoc πόνων in ipsa linea ex πόνος transformavit m. rec.

322) Supra scriptum ες accentu caret.

325) ἀποστραφῆς sine ι sbscr. Acutum in gravem mutavit m. rec.

327) οἱ δ' pro οἶδ'.

329) Elmsl.: 'ἀλγυνῶ in ἀλγύνω mutavit corrector.' Immo supra ω rasura est, non diphlhongus, et acutum supra υ adi. m. pr.

335) ἐξερεῖ σποτέ m. pr. Rursus m. rec. σ ante ποτε erasum adiecit verbo. Falso igitur Elmsl. scripturam ex φανεῖ ortam esse coniecit.

337) ὁρμὴν, γ supra μ scr. m. pr.

357) M. pr. προ ϛοῦ i. e. προ στοῦ, non πρὸ σοῦ, ut ait Elmsl.

360) M. pr. συνῆκας. M. rec. supra scr. ξ.

361) γνωστὸν ante punctum minus, ut Aldus.

367) ἦι m. pr. Mutavit η in ει m. rec.

375) M. pr. βλέψαι ut Ald.

377) ἐκπράξαι.

380) τυραννὶ ut Ald.

386) λάθραι

388) κέρδεσιν.

397) Pr. m. οὐδεὶς. M. rec. corr. εἰδὼς.

398) „ „ γνώμης (pro γνώμῃ).

402) ἀγηλ.

413) M. pr. ἦι, rec. corr. εἶ.

415) ἆρ' οἶθ'.

416) ἄνω (Ald. cum ι sbscr.)

419) ὀρθὰ.

445) M. pr. τά γ' ἐμποδὼν. M. recens. σύ. Ad marg. m. recentissima, quam supra quartam dixi, γρ. σύγε.

446) M. pr. συθεί ϛἀν. τ pro more separatum scripsit m. rec. (Falso igitur Elmsl. negat manu pr. particulam praeberi)

449) M. pr. τε ut videtur. Eadem m. σ supra scripsit. Utroque eraso m. rec. σοι, ut editur.

454) M. pr. ἑαυτοῦ ut videtur. Sed ε erasum.

459) πόσις τε videtur primum fuisse scriptum: sed τε eraso καί adi. m. eadem antiqua.
463) τίς.
466) M. pr. φοινίωσι.
475) φημα παρνασοῦ.
480) πετραῖος ὁ ταῦρος m. pr. Mutavit ὁ in ὡς m. rec. *)
491) τί.
493) ἐγώ' (sed gravis interlitus ead. m.) γ'οὐ.
532) Omissum ἢ adi. m. rec.
540) ἄρ' et pr. m. τ' ουνχ. ut videtur.
567) M. pr. οὐχὶ οὐκ, rec. adi. κ ante οὐκ et gravem in acutum mutavit.
568) M. pr. οὗτος τόθ', ut videtur. Erasum h. l. τόθ' ante οὗτος posuit m. rec.
569) φρονῶι.
573) εἶπεν.
575) δικαιῶι.
585) ξὺμ φόβοισι.
602) M. pr. ἄλον, rec. mutavit in ἄλλον.
603) „ „ τόνδ'.
604) M. pr. post π in rasura τι pro πεύθου. M. rec. supra scr. ευ.
631) M. pr. καιρίαν ut videtur. M. rec. in marg. γρ. καιρίαν. Scilicet m. rec. in textu genuinum vocabulum in κυρίαν mutaverat.
637) M. pr. οὐ κεῖ σὺ τ' ἐσοίκους.
651) οὔτε m. pr. M. rec. πο supra scripsit idemque in textu posuit inter οὔ et τε **).
654) ἐναγῆι.

σ

676) M. pr. οὐ κόμμ' ἐάσῃ. Eadem m. μ prius in ν mutavit. M. rec. alterum ου (in οὔκουν) et ει (pro η) in rasura scripsit.
708) M. pr. ἔμ' οὐ πάκουσον.
735) τίς.
739) M. pr. τοῦδ', sed expuncto δ scripsit τ'. M. rec. postea δ eraso τ in rasura scripsit.

σ

746) M. pr. προσ'. Gravem in acutum mutavit m. rec.

*) Falso Elmsl. indicat πετραῖος ὡς manu prima scriptum esse. Ita quidem Laur. b; πέτραις ὡς Flor. T, cett. codd. πέτρας ὡς. Inde d'Orvill. et Erfurdt πέτρας ἅτε, quod etiam Dindorf in ed. II. recepit qui antea ὡς eiecerat, πέτρας ταῦρος scribens. Bergk in ann. philol. et paedag. a. 1851 vol. 61 p. 247 πέτραισιν ὁ ταῦρος coniecit, sed πετραῖος ὁ ταῦρος iam Hermannus in ed. III coniectura restituit, probatus quum ab aliis tum a Schneidewino. Quod iam ab omnibus probatum iri arbitror.

**) Scil. οὔποτε glossa ad οὐ πρίν fuerat.

747) M. pr. οἶ, ut videtur, sed eraso ι (pro ὁ).
749) ὀκνῶ μεν, omisso accentu ut saepe.
754) τίς.
761) ἀγρό υσφ επέμψαι.
764) ἡμιν. Adiecit gravem m. rec.
769) Pr. m. ἤξεται, litterae η altera lineola expuncta est. Expunctam erasit m. rec., iota complevit.
772) Pr. m. μειζόνη. Litterae η alteram lineolam prima manu expunctam erasit m. rec. et ι complevit.
782) In marg. m. recentissima quam quartam supra dixi γρ. θατέρα.
783) Pr. m. non omittit τ', sed πατρος i. e. πατρόστ praebet.
789) (καί μ'ὁ φοῖβος ὢν μὲν ἱκόμην ἄτιμον ἐξέπεμψεν, ἄλλα δ'ἄθλια καὶ δεινὰ καὶ δύστηνα προὐφάνη λέγων.) M. pr. ἄλλα θ'. M. rec. θ' in δ' mutat. — Ibid. post ἀθλι pr. m. ω et littera una. Rasura est supra ιω et litteram seq. Fort. scriptum fuerat ἀθλίωι, bona lectio. Supra ω olim α videtur scriptum fuisse. Fortasse m. pr. supra scripserat Γρ. α. Neque tamen a spatio, quum ad lineae finem sit, aut a vestigiis, quae fere evanida sunt, abhorreat Λ ἐμοί i. e. λείπει ἐμοί, quae glossa sit ad ἀθλίῳ.
797) M. pr. τελουμένων eraso ν, mutato ω in α, adiecto acuto supra ου.
799) M. pr. ὀλλῦσθαι.
800) Versum adiecit m. recentissima (quarta).
803) Pr. m. ἐμβεβῶς.
824) Pr. m. φ. ετόντι (Elmsl. 'φ.. τόντι: duas litteras legere non potui'). Ante ε rasura in linea et sub linea, quasi ρ subfuerit. (Utique vulgato φυγόντι opus est.)
829) ἀνορθοίηι.
831) ταύταν. Supra scr. ην m. recentissima.
843) Elmsl.: 'κατακτείνειεν habuisse videtur'. At hoc certe non habuit. Fort. κατακτείνοιεν.
844) ἐγώ'κτανον.
862) M. pr. οὔ σοι. Man. rec. οὐ σοί.
869) θνητὴ φύσις.
871) λαθραι (sine acc.)
874) εἰ πολλῶν ut Ald. Tum pr. μέτα pro μάταν.
881) Inde a ποτε usque ad ἴσχων fere rasura.
891) ματαιζων. *).
905) παλαιὰ adi. in marg. m. recentissima.

*) Quae versui 895 adiecta sunt, quasi poetae essent verba, πονεῖν ἢ τοῖς θεοῖς, olim ad scholium sine dubio pertinebant, adscriptum ad χορεύειν. Credo pro ἢ olim ἤν i. e. ἤγουν scriptum fuisse, ita: πονεῖν ἤγουν τοῖς θεοῖς.

913) Pr. m. παντοῖ ῦσιν (i. e. ουσιν ut vid.) Adscr. αι in rasura m. recentissima.
918) εὖ πλέον ποῶ.
920) M. pr. συγκατ.
921) M. pr. ημῖν. Adi. spiritum, circumflexum in gravem mutavit m. rec.
935) δ' in vestigiis antiquae scripturae restituit tantum m. rec., priores lineas sequens.
942) δῆτα.
943) M. pr. ἢ. Rec. corrigit ἦ.
953) M. pr. σεμνά.
956) M. pr. σημῆνας. Hoc m. rec. in σημάντωρ mutat.
966) M. pr. ὧν ὑφηγητῶν δ' ἐγὼ ut Laur. C.
981) ὀνείρασι ut Ald.
991) Pr. m. ὑμῖν. Rec. m. circumfl. in gravem mutat.
993) ἢ οὐ θεμιτὸν ut Ald.
1099) M. pr. ὄμματ'.
1011) Supra ἐξέλθοι rec. m. scripsit η.
1015) Pr. m. εἶς ut videtur. Eadem m. erasit ς et spiritum, hunc supra ε scribens.
1024) M. rec. αὐτὸν ἐξέπεισ' in rasura. Subfuisse videtur ἐξέπεισ' αὐτὸν, sed recto ordine indicato litteris supra scriptis β et α.
1031) Pr. m. ἴσχων, sed ead. m. ἴσχοντ' in marg.
1034) λύω. Supra λ scripsit δ ead. m.
1046) Supra εἰδῆτ' ἂν, quae correctio m. rec. est, m. pr. aliquid scripsit, quod nunc non magis legi potest, quam quod pr. m. in textu praebuit. Nam utrumque erasum est. Fort. secundum correctoris, qui hoc in cod. deprehenditur, recentioris morem ipsa lectio εἰδῆτ' ἂν superscripta fuerat pro corrupta aliqua, quae in textum irrepserat.
1047) Pr. m. ἔστι.
1084) τοιοσδ' ἐκφὺς. ὡς. . . . M. rec. ὧσ δε supra οσδε, particula ὡς interlineata; id est τοιῶςδε.
1087) γνώμην ut Ald.
1100) H. l. ἆρα, quum alias semper ἄρα praebeat.
1106) Elmsl.: 'ἐναυ. ων a pr. m. Unam litteram legere nequeo'. Immo radendo factum est ναίων ex ἀνάσσων, a m. pr. Scilicet v. 1105 εἶθ' ὁ Κυλλάνας ἀνάσσων forte omissum ead. m. inter lineas adscripsit, et per errorem ex ν omisso ἀνάσσων repetiverat pro ναίων.
1110) συναλλ. pro ξυναλλ.
1111) Pr. m. πρέσβεις. Ultimo σ eraso νν supra scr. m. rec.
1114) ὧ (non ὦ).

1115) τῆιδ' ε . . ἐπιστήμηι. In rasura illud ε cum duabus litteris.
1125) συνειπ.
1126) M. pr. τίσιν.
1140) M. pr. τί τοῦτον.
1150) ἱστορεῖσ. Sed posterius σ erasum.
1171) Pr. m. φύτοι, ut videtur, pro σέ τοι.
1178) M. pr. κατοικτήσας.
1214) πατρῶιαί σ'.
1216) ἐδυνάσθησαν cum Ald.
1218) M. pr. ἰδόμην. Corr. εἰ — αν rec.
1220) In marg. extremo a m. pr. λα. Cetera abscissa. Repetiverat λαΐειον, ut aliquoties marg. extr. vocabulum textus repetivit. Ita
1226) (Brunck.) pr. m. in marg. extremo ἐντρέπομαι σ (ον abscissum) ad ἐντρέπεσθε δωμάτων.
1235) (Br.) M. pr. αἱρεῖσθε. M. rec. corr. ἀιρ.
1237) M. pr. αὐτῆς.
1262) M. pr. ἔκλείηε (sed η et acutus incerta) pro ἔκλινε.
1264) M. pr. ἐμπεπληγμ.
1267) M. pr. ἔκειθ' ὁ sive ἔκεισθ' ὁ. Am rec. ἔκειτο, ut Ald.
1275) Supra ὑμῶν scriptum ν ead. m. inter μ et ω. Tum m. pr. δε sine acc. pro τε, quod m. rec. in rasura.
1277) ανιεσσαν. Deest acc. et spiritus.
1287) M. pr. τινα, rec. τινά.
1299) M. pr. τί σῶ τλήμων. Corr. rec. ut Ald.
1302) πρὸ σῆι.
1306) ποίαν. Rec. m. in marg. τοί.
1311) M. pr. δαίμον, fortasse δαίμων. Tum ἐξῆλον.
1318) πήμασιν (Ald. σι).
1331) (1335 Br.) ὅτῳ δ' pro γ' pr. m.
1337) (1345 Br.) καταρατώτατον.
1373) M. pr. οὖν, cui eadem m. aliquid superscripsit, quod nunc legi nequit. Rec. m. οἶν.
1376) προσλεύσειν.
1377) ποτε (Ald. ποτέ).
1395) M. pr. ἄρα.
1402) M. pr. ὗμιν, sec. corr. ὑμὶν.
1407) M. pr. γ' a sec. in χ' mutatum.
1408) γίγνεται (Ald. γίνεται).
1422) Rec. m. ad marg. οὐχ.
1423) Rec. m. (οὐ) δ' postquam erasit θ, ad marg. οὐχ. Tum cod. τί.
1457) M. pr. μὴ πὶ τῶι.
1472) ποῦ (pro που).

1486) σφῶ (Ald. cum ι subscr.)
1491) M. pr. ἥξεθ'. Supra σ scripsit εθ ead. m. (ἥξεσθ') et m. rec. η mutavit in ι.
1492) M. pr. η in δὴ fere in ι coaluit.
1493) παραρίψει.
1495) σφῶν.
1497) ἔπεφνεν.
1504) νὼ (Ald. νῷ).
1508) M. pr. οἴκτισόν σφας. M. rec. interlineato altero acuto gravem posuit supra σφας.
1511) M. pr. σφῶιν δ'ὦ τέκνα.
1515) ἴσθι eraso σ.
1524) λεύσετ'.
1528) ὄντα.

Gustavus Wolff.